

1. Atténdi-te, pópu-le me-us, doctrí- nam **me-** am ; \* incli-  
ná-te aurem vestram in verba o-ri-s me- i. Da-ta est...  
Flexa : cognó-vimus e-a, †

2 Quanta audívimus et cognóvimus ea, † et patres nostri nar-ravérunt **nobis**, \* non occultábimus a filiis eórum. *Ant.* Data est.

3 Verúmtamen mandávit **núbibus** désuper \* et iánuas cæli apéruit. *Ant.* Data est.

4 Et pluit illis manna ad **manducándum** \* et panem cæli dedit eis. *Ant.* Data est.

5 Panem angelórum manducávit **homo** ; \* cibária misit eis ad abundántiam. *Ant.* Data est.

6 Excitávit **austrum** in **cælo** \* et indúxit in virtúte sua áfricum. *Ant.* Data est.

7 Et pluit super eos sicut **púlverem** **carnes** \* et sicut arénam maris volatília pennáta, *Ant.* Data est.